

consilij Angelo, qui tetigit neruum scemoris Iacob, & statim emarcuit, ita vt Iacob claudicaret; cū tamen lucta per totam noctem protraheretur. Dixit Angelus ad Iacob. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Genes. 32. num. 26. Ostendit Angelus se velle ab illius manibus effugere, sed ab illius manibus retentum non posse. Quid facis o Angele? Multum sane homine potentior, si discedere exoptas, sicut vnus neruum scemoris illius percussisti, quo claudus euasit, percute & alium, vt vtrōque claudus facile te dimittat: Cū luctarentur tota nocte Iacob ad orationem confugit; de hoc enim certamine loquens Osce propheta. cap. 12. num. 14. ait. *In fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit, & confortatus est; sicut, & rogauit eum.* Ad orationem se conuertit Iacob. *Rogauit eum Deus velut cedens viribus orationis, inducias postulat, ab illōque se petit dimitti, ab illiusque amplexibus liberari, tanta est enim orationis potentia (humano modo loquitur) vt cum Dei omnipotentia ob suam eximiam pietatem videatur certare.* Oratio enim ipsam Deum ligat, detinet, ac circumcingit. Tertullianus, in Apolog. cap. 39. *Coimus in carum, ait, & congregationem, vt Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes, hac vis gratia Dei est.* Expende verba: *Quasi manu facta precationibus ambire.* Ac si dicat orationibus Deum vndique circumcingimus, ipso sic ex sua magna misericordia disponente.

Ad Iob cap. 33. num. 5. ait Deus. *Si potes, responde mihi, & aduersum faciem meam consiste.* In Hebraeo legitur. *Dispone, ordina, instrue, & sta.* Verbum sane bellicum. Vnde Tygurina legit. *Acie directa mecum congregare, ac fortiter obtine gradum tuum.* Sed quomodo miser homo aduersus faciem Dei omnipotentis potest stare, ac tanquam acie directa congreri? Oratione nempe, vt explicat Pagnin. Vatabl. Caietan. *Dispone orationem tuam, & consiste ante me.* Verba sunt Vatabl. Tanta est orationis potentia, tantamque vim ipsa Deo infert, vt quodammodo erga faciem eius videatur aciem militarem instruere, vt Deum ad se trahat, ac inclinet, nostrōque modo dicendi vincat D. Hieron. Epistol. ad Damascum. *Deus ipse, ait, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani precibus vincitur.*

QVÆSTIO VII.

Quare pulsanti non solum dantur tres panes, sed insuper quotquot erant necessarij?

**V**ENIUNT fatuæ Virgines media nocte, & cum clamarent, Domine, Domine aperi nobis. Clausa est ianua, & dicitur eis. *Nescio vos.* Matth. 25. num. 12. Venit præsens homo media nocte, cum iam clausum esset ostium, tamen ei aperitur, & datur ei superabundanter non solum quod petebat, sed insuper quidquid ei erat necessarium. Quænam huius rei ratio? quia in Virginibus defecit perseverantia, quæ in pulsatore valde tenax exitit, vt dicatur propter improbitatem ei date, de quo iterum dicam, cum de Virginibus fuerit sermo, ex quo patet solutio ad primum quæstum quæstionis, cur scilicet huic homini panes dantur?

Ad principalem quæstionem. Primò respondet D. Chrylog. serm. 39. *Non potuit, ait, non imperrare, quod voluit, qui vt reciperet hospitem, hospitem resciret, totam sibi requiem denegauit. Aut quomodo sic petenti, sic pulsanti, non responderet ille, qui se in hospite suscipi conficitur, cum dicit, hospes fui, & suscepistis me.* Expende, non potuit non imperrare, quod voluit. Ingens hominis charitas, quæ alto noctis silentio somnos dulcissimos abruptit, horrorem noctis non timet, importune multa cum verecundia sodalem excitare non recusat, vt hospitem esurientem reficiat, in quo & ipsum Dominum recipiebat; tam grandis, & potens existit vt ianuam clausam etiam intempesta hora adaperiat, & non solum panes, quos petebat, sed insuper & multa alia à Domino impetret, & obtineat. Cū Iob sua magna miseria premeretur, multus est in recensendis Eleemosynis à se elargitis in pauperes, egenos, pupillos, ac viduas, toto cap. 31. à num. 20. sic ait. *Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem: Et iterum; si oculos vidua expectare feci. Ad quid tam large suæ pietatis opera refert? Vt ex illis magnum leuamen hauriret certus, quod illæ eleemosinæ erogate nõ perirent, sed cum multo scenore ad ipsum rediret, ex illisque multa bona sibi sperabat.* D. Chryost. homil. 3. de patientia Iob. tom. 1. sub persona Iob sic loquitur. *Si ego solus indutus essem, iuste dolerem: si autem pauperes induebantur, nunquid poterit Deus pauperes despiciere? Non quoniam in sacrificium suscepit, reddet centuplum. Et post pauca iterum subdit: Non quid facit Dominus, nunc vultu sacrificium meum accepit, substantiam eandem mihi auget cum additamento virtutis.*

Secundò. Caietan. *Petierat tres mutuo, ait, vultu importunitate amicus non mutuat, sed dat, non tres, sed quotquot indiget panes; tres panes petierat homo, & mutuo: At Dominus non tres illi accommodatos præbet, sed insuper plures largitur datos. Quotquot erant necessarij. Tum quia Dei dona sunt vndique perfecta, tum etiam quia semper maiora dat, quam ea, quæ petuntur, sua eximia liberalitas multum postulantis votum excedit.*

Cū exilio premeretur Dauid auxilium à Deo postulat. *Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Psalm. 120. num. 1. in montes, vbi scilicet erat sita Hierusalem, vel in montes scilicet celos, vt alij interpretantur, statimque exultat, ac gratulatur de diuino auxilio sibi concessio. *Auxilium meum à Domino, qui fecit celum, & terram.* Tamen statim præter auxilium à se postulat, alia sibi concessa decantat. num. 6. *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Hoc est cum interfeceris, per diem æstus solis, nec per noctem frigoris lunæ molestias patieris; quid est, quod cum ipse tantum auxilium à Domino in sua tribulatione postulet, non tantum Deus illi concedit ipsum auxilium, sed insuper vmbra culum à calore solis, ac nociuo lunæ rore? Magna Dei bonitas nostris votis non coarctatur, sed insuper supra nostras preces multo plura concedit. D. Chr. ad citat. Psalm. *Dei benignitas, ait, non pro modo nostræ necessitatis suum præbet auxilium, sed remunerationibus nostræ quoque postulata superat.* Vide in hoc libro cap. 2. num. 160. cap. 8. num. 198. & c. 9. n. 73. cap. 12. n. 39.

Ea, quæ deinceps hic sequuntur. *Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis, &c.* Explicata sunt à nobis

49. Chrylog.

Eleemosina duplicato favore omnia assequitur.

Iob. 31.

Eleemosina bona augentur.

Chryost.

50. Caietan.

Deus plura dat, quam petimus.

51.

Psalm. 120.

Deus suis donis superat petentis votum.

Deus præter necessaria dat etiam qua recreant.

52.

nobis ad cap. 7. Matth. num. 7. tom. 2. cap. 18. à num. 43. sicut & alteram parabolam, quam scribit D. Lucas cap. 11. num. 33. Nemo lucernam accendit, explanata est ad cap. 5. D. Matth. tom. 2. c. 11. quæst. 20. & cap. 16. quæst. 14. & deinceps, quæ ibi sunt videnda.



CAPVT XXI.

Diues Auarus.

Luca 12. n. 16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.*

Num. 17. Et cogitabat intra se dicens: *quid faciam, quia non habeo, quod congregem fructus meos.*

VERSIONES.

Syriacus n. 16. Dixitque eis parabolam: *Viri cuiusdam diuitis protulit terra multos prouentus.*

D. Aug. lib. 50. Attulit possessio fructus. homil. 48.

Græcus. *Viri cuiusdam diuitis protulit regio.*

Euthym. *Protulit prædium.*

Maldonat. *Protulit latifundum.*

Syriac. n. 17. Et animo verfabat, & dicebat: *quid faciam? nec enim habeo vbi cogam prouentus meos.*

Græcus. *Cogitabat in anima sua:*

Arias. *Ratiocinabatur in se ipso.*

Arabicus. *Cum non sit mihi vbi ponam triticum meum.*

EXPOSITIO I.

1. Græc.

**D**IXIT autem similitudinem, seu vt habet Græcus, *parabolam ad illos.* Vt persuaderet Dominus diuitias nec afferre, nec prorogare vitam, etiam si illis quis multum abundauerit; & cum doctrina de rerum contemptu difficiliter percipiatur, ac facile è memoria excidat, ideo vitur parabola, vt clarius, ac altius mente retineatur. *Hominis cuiusdam diuitis.* Qui suis diuitiis fieri potuit melior, & locupletior, sed vt pote avaritiæ plenus, illius cupiditatem diuitiæ non explere, sed irritare valuerunt. *Vberes fructus.* Luc. Burgens. deducit à verbo *exuberare.* Attulit enim prouentus eius cogitatu, ac spe ampliores, & maiores. *Ager.* Græcus habet, *regio, seu latifundum* vt notant Titus Bostrenf. Theophylact. quia non erat breuis quidam agellus, sed regio, seu magna camporum amplitudo, vt inde depre-

Burgens.

Græc. Bostrenf. Theophyl.

hendas, quam amplæ fuerint huius hominis possessiones, & quò prouentibus ager fertilior fuerit, eò diues avarior enaserit, à fructuum copia didicit se se fructum nullum ferre. Hugo. *Noli, ait, esse deterior insensibili elemento; terra fructus, quos offert, non suis visibus indicat, sed tuis ministrat: tu verò fructus illius solus inuadis.* Auarus deterior terra, illa fert fructus non sibi sed aliis; at avarus totum sibi, & nihil aliis seruat.

Hugo.

Auarus terra deterior.

2.

*Et cogitabat intra se,* seu vt alij legunt: *ratiocinabatur* secum, seu in anima sua; vt pote rem charissimam sibi. *Quid faciam?* Verba sunt hominis solliciti, & anxij. Euthym. *Hæret, & angitur, tanquam ad modum pauper, quia nimium locuples.* Prosequitur in sua anxietate; quia non habeo. Obcæcata mente ex avaritia hæc dicebat, nam si sano esset intellectu, sciuisset, vt ait Carthusianus, parata horrea pauperum ventres. *Quò congregem fructus meos.* D. Basil. homil. de hac similitudine, *Hominis insipientiam sugillat. Nondum colligit fructus, & iam avaritiæ iudicium incurrit, quot enim pericula imminet, ante fructuum collectionem? Nam & grandis saepe confringit, & æstus ex mediis manibus rapit, & pluuia intempestive è nubibus erumpens inutiles facit.* Hominis insatiabilis feritas, quæ nondum collegerat, iam sibi, ac aliis vsurpari cogitabat, addit D. Basilus citat. *Nondum habebat fructus, & iam illos egneis inuidebat.* Ex quo non hic innotatum dimittam, quod venuste notauit D. Chrylog. serm. 105. *Diues sic prouentus est, vt magis cogitata perderet, quam parata.* Diues non habebat bona, nec in horreis, nec in sua possessione, sed solum in cogitatione. Hæc est enim mundalium bonorum conditio, quod magis cogitatione, quam re existant, & habeantur.

Euthym.

Carthuf.

Basil.

Chrylog.

QVÆSTIO I.

Quare Deus homini malo, ac avaro multa bona concedit in hoc seculo, & adhuc ipse clamat, non habeo?

**R**IMA quæstionis pars inquit, cur Deus homini malo, ac reprobo multa bona in hoc seculo concedat. Respondent. 1. D. Basilus homil. de hac parabola. D. Ambros. serm. 81. Diuus August. Epistol. 70. vt Dei longanimitas, ac benignitas appareat, qui solem suum facit orti super bonos, & malos. Secundò. D. Gregor. lib. 16. moral. cap. 5. In iudicij sui manifestationem, vt iustior declararetur rigorosa damnatio, quanto maior erga tales se exhibuit misericordia, ac pietas. *Vt duriora eos tunc supplicia puniant, quorum hic malitiam nec dona vicerunt.* Tertio. Idem D. Gregorius lib. 15. moral. cap. 35. Ex quadam affluentia pietatis, vt bono aliquo temporali fruuantur, qui in æternum damnandi sunt. *Sapè, ait, Diuina patientia tolerat, quos iam ad supplicia præscita condemnat: permittit florere, quos adhuc cernit deteriora perpetrare. Quia enim videt ad quam damnationis foveam tendant, hoc eis pro nihilo esse existimat, quod hic peruersi relinquenda multiplicent.*

3.

Basil.

Ambros.

August.

Chr. Deus

improbo dat

bona?

Gregor.

Secunda pars quæstionis inquit. *Quomodo hic Diues, fructuum copia plenus, ait. Non habeo quò congregem fructus meos?* Rectè Rabbanus. *Mentitur, ait, nam horrea parata sunt pauperum esurientium*

4.

Carthuf.

esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

5. Ambros.

D. Ambrosius lib. de Naboth. cap. 6. premit illam vocem non habere. Sic disseit Sanctus Pater. Clamat se diues non habere, paupertatis hic sermo est: de inopia queritur, abundans fructibus. Vnde aduersus illum proclamat. D. Petrus Chryfolog. serm. 104. Miserum, ait, quem vberitas sterilem, abundantia anxium, inhumanum copia, diuitiis fecerunt mendicium. Ex tanta temporalium externa affluentia in mentis inopiã deuenit: horrea multitudi- ne fructuum tumpebantur, & animus non explebatur. Terra se in illum liberalem: ille se in pauperes auarum præstabat; & quos illa fructus largiter ferebat: ipse infeliciter coaceruatos congregabat, non vt illis frueretur, sed vt eos tenaciter custodiret.

6. Exod. 12.

Cum Israëlitarum exierint de Ægypto se cum asportauerunt oves, & armenta, animantia diuersi generis multa nimis. Exod. 12. num. 38. Quæ nouis partibus, ac foetibus multiplicata vsque ad ingressum in terram Promissionis. conseruauerunt, vt constat Num. 32. num. 1. & tamen in deserto immoderato appetitu agitati carnes suspirabant; Quis dabit nobis iam vescendum carnes? Num. 11. num. 4. Difficultas iam insurgit, si tam ardenti carniæ desiderio æstuant, cur è suis gregibus agnos, vitulos, hædos, ac boues non maciant, quos secum innumeros de Ægypto extulerat: Cur carnes Ægyptiorum suspirant, quas secum habebant. Lyran. Propter, ait, suam auaritia parcebant suis animalibus. Cum auaritia essent infecti, malebant potius fame perire, quam aliquid de suo grege comedere, habebant pecudes, non vt illis vterentur, sed vt intacta seruant, auaritia non sinebat, vt manus ad eorum obsequium aliquid iugularet. Corroboratur hæc interpretatio ex adiunctis verbis. Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis. num. 5. non quod huiusmodi epulæ essent gratiores, sed quia non de suo, sed gratis erant administratæ.

7. Ad Ephel. 5. Colossen. 5.

Commendat nobis Apostolus, quod hoc pro certo intelligamus, quod auarus est idolorum seruus. Ad Ephel. 5. num. 5. quod etiam iterum repetit. Ad Colossen. 3. num. 5. vbi mandat fugere auaritia, que, ait, est simulachrorum seruus. Cur auarus dicitur idolorum cultor, cum videatur omnis cultus contemptor? Habet enim suos numos, non vt illos in sui obsequium expendat, sed vt illos magna veneratione custodiat, tantum nefas existimat illos attingere ad expendendum, ac si sacrilega manu rem diuinam profanasset. D. Chryfostomus ait: Habent nonnulli pecunias, & tanquam dona Deo dedicata tangere minime audent: quod si quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timide veniunt pro templo arcam præparantes.

8. Num. 31.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

9. Lyran.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

10. Chryfost.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

11. Ad Ephel. 5. Colossen. 5.

Commendat nobis Apostolus, quod hoc pro certo intelligamus, quod auarus est idolorum seruus. Ad Ephel. 5. num. 5. quod etiam iterum repetit. Ad Colossen. 3. num. 5. vbi mandat fugere auaritia, que, ait, est simulachrorum seruus. Cur auarus dicitur idolorum cultor, cum videatur omnis cultus contemptor? Habet enim suos numos, non vt illos in sui obsequium expendat, sed vt illos magna veneratione custodiat, tantum nefas existimat illos attingere ad expendendum, ac si sacrilega manu rem diuinam profanasset. D. Chryfostomus ait: Habent nonnulli pecunias, & tanquam dona Deo dedicata tangere minime audent: quod si quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timide veniunt pro templo arcam præparantes.

12. Chryfost.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

13. Chryfost.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

14. Chryfost.

Carthuf. esurientium ventres. Sed addit Carthusian. nesciebat iste diues cogitare, nisi de congregatione temporali, non de caelesti, cuius horrea sunt pauperes. D. Basilius citata homil. Urgent, ait, ipsius animam diuitiis a promptuariis emanantes, ne forte cum exiuerint, prosint egentibus. Cum haberet paratos pauperes salutifera horrea, ait, quod non habet, vbi congreget fructus suos: habebat illos, vt eos custodiret, non verò vt illis proficeret aliis.

QUESTIO II.

Quare homo tantis diuitiis opulentus non canit, sed gemit. Quid faciam?

ACTVM narrat Scriptura; ager huius hominis vberes, ac copiosissimos fructus parturitur, quos visos multis cantilenis, ac festiuo applausu solent agricultores celebrare, non sic hic auarus, sed cum suos fertiles prouentus agnouisset, totus anxius dicebat; quid faciam? Vt notat D. Ambrosius lib. de Naboth. cap. 6. In vbertate fructus vocem gementis, ac egentis emittit quid faciam?

Respondet D. Zeno serm. de duplici tentat. genere dicens: Quid inquit faciam? Quis non talem miseretur? Quis infelicitatem eius non doleat? Angustiat ex abundantia, constringitur ex opulentia, infelix in presentibus bonis, infelicio in futuris. Et vt video, ager ei non tam redditus largiores, quam gemitus attulit grauiore. Eademmet verba habet D. Ambrosius serm. 81. Vt ager plenus erat fructibus, sic & animus molestia, & anxietate implebatur, & sicut semen in agro extitit ad producendos fructus, sic & fructus in animo fuerunt semen vt follicitudines, ac gemitus parturirent; dolensque miser diceret, quid faciam? Ait Zeno. Ager ei non tam redditus largiores, quam gemitus attulit grauiore. Ecce bona temporalia nesciunt aliud parere, quam spinas, & tribulos, gemitus, & dolores, & quanto magis felicitate augentur, tanto magis animum cruciant, & dilacerant. Diuus Basilius homil. de hac parabola: Quid faciam, inquit? Quis non misereatur, sic misere curis obsessi? In ipsa fertilitate miser erat, ac timidulus. Temporalia gemitum, timorem, ac perturbationem parturunt, que diuitem inquietant, & dormire non sinunt. D. Ambrosius lib. de Naboth. cap. 6. Satiatio diuitiis, ait, non est qui cum sinat dormire. Excitat eum cupiditas, exagitat cura peruigil aliena rapiendi torquet inuidia, mora vexat sterilitas prouentuum perturbat, sollicitat abundantia.

Ait Ezechiel. 8. num. 14. quod ostenderit ei Dominus in templo: Ecce ibi mulieres sedentes, plangentes Adonidem. Qui erat iuuenis pulcher, multum diues veneris amarus, quem aper infortunio quodam interfecerit. Vnde, ait Carthusian. Gentilium femina eius occisionem anniuersaria solemnitate plangebant. Cur Adonis festum lachrymis profequitur? Nam eodem cap. manifestatur Prophetæ n. 5. Altare idoli Zeli, idest Baal, qui multis sacrificiis colebatur. & num. 10. Apparent omnia idola domus Israël depicta in pariete, quæ à senioribus populi thuribulo, ac odorifero thimiamate venerabantur, & in deserto Israëlita vitulum adorantes multo cantu idolatrabant. Exod. 32. num. 18. Cur ergo dies festus Adonidis gemitibus ac singultibus peragi ostenditur Prophetæ? D. Hieron. Beda, Glossa, Hugo, qui ait. Per Adonidem iuuenem pulchrum, & diuitem, Terræ nascencia intelliguntur. Prosperitas mundana, & temporalis abundantia, puobra est ad videndum, & amatur, & amat venerem. Cum in Adonide temporalis prosperitas, abundantia, voluptas denotaretur, fletu, & non cantu colitur, omnis enim temporalium prouentus multorum dolorum, ac lachryma

8. Ambros.

9. Zeno.

10. Ambros.

11. Basilius.

12. Ambros.

13. Ez: ch. 8.

14. Carthuf.

15. Exod. 32.

16. Hieron. Beda. Glossa. Hugo.

Temporalis abundantia solum secum importat gemitum, & dolorem.

lachrymarum fons irriguus, eorumque breuis iucunditas multo planctu edito, multaque anxietate comparatur, emittitur, & exoluitur. Vnde quamuis Gentilium femina primò Adonidem lugerent, deinde rediuuium, vt fabulabantur, celebrarent, tamen Propheta solum videt eius mortem. & planctum, ac si in mundialibus nihil aliud visui obiicitur.

11. Psalm. 101.

Ait David. Defecerunt sicut fumus dies mei. psal. 101. num. 4. Quid habent dies Davidis cum fumo? Dies Davidis, dies præclarissimi Victoris, ac triumphatoris, qui magna trophæa de hostibus obtinuit, vt mulieres per choros canerent, percussit David decem millia, & nulla dies hac gratior, ac iucundior, vnde ad magnam lætitiã exprimentam dicitur, Latrabuntur coram te: sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Isai. 9. num. 3. Dies Davidis, dies potentissimi regis, qui per quadraginta annos clauum regni multa felicitate, ac prosperitate tenuit; Dies Davidis, dies regis, qui vidit filium suum Salomonem sedentem super solium suum, vidit, & gaudius est. 3. Regum 1. num. 48. Quid habent tam iucundi dies cum fumo? Fumus res atra, obscura, qui cuncta denigrat, ac indecora reddit, in oculisque lachrymas excitat, ac prouocat. Inde dies Davidis sicut fumus; & omnis enim humana prosperitas, ac felicitas marcescit, ac denigrescit, maximeque ad luctum, ac planctum mouet, & excitat; ex huiusmodi enim bonis multa mala, ac incommoda pullulant, quæ ad gemitum, ac dolorem trahunt. D. Chryfost. homil. 2. in Matth. Nonne vides, ait, etiam corporeos oculos, cum in fumo reuerantur, lachrymas semper effundere? Talis est profectò, & mentis oculus si in fumum secularium negotiorum fuerit ingressus, ad immera prorsus mala lachrymabitur, ac flebit.

12. Isai. 9.

Ait Paulus 1. ad Timoth. 6. num. 9. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia, &c. Et postea subdit. Inseruerunt se doloribus multis. Ex Græco pro inseruerunt, legitur, infixerunt, vel transixerunt se doloribus. Amor enim diuitiarum, ac temporalium instat spinæ mentem hominis transpungit, & vulnerat aculeatis curis, vigiliis, angoribus, timoribus, laboribus, ac molestiis. D. Athanasius ad citatam Epistolam: Bene, ait, inseruerunt se doloribus multis: sunt enim sensibus similes curæ diuitiarum, vt testatus est Dominus: qua vbi attigeris, immatis aculeis manum cruentant, & doloribus angunt.

13. 3. Reg. 1.

Humana felicitas cum tristitia, & luctu sociatur.

14. Chryfost.

Hinc ait Paulus 1. ad Timoth. 6. num. 9. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia, &c. Et postea subdit. Inseruerunt se doloribus multis. Ex Græco pro inseruerunt, legitur, infixerunt, vel transixerunt se doloribus. Amor enim diuitiarum, ac temporalium instat spinæ mentem hominis transpungit, & vulnerat aculeatis curis, vigiliis, angoribus, timoribus, laboribus, ac molestiis. D. Athanasius ad citatam Epistolam: Bene, ait, inseruerunt se doloribus multis: sunt enim sensibus similes curæ diuitiarum, vt testatus est Dominus: qua vbi attigeris, immatis aculeis manum cruentant, & doloribus angunt.

15. 1. Timo. h. 6. Græcus.

16. Diuitia minus aculei. Athanas.

QUESTIO III.

Quare homo tam opulentus in consilium, nec vocat amicos, nec seruos, sed solum se ipsum?

17. Ratio dissoluta. Eccles. 33.

Admirum, quod cum homo fluctuet cogitatione, quid faciat, solum secum loquatur, cur ad consilium non conuocat, nec amicos, nam vt pote diues cum esset, magna amicorum turba ei non deerat, vel cur non habet consiliarios suos seruos? Ecclesiast. 33. num. 31. Si est tibi seruus fidelis ( seu sensatus ) sit tibi quasi anima tua. Homo tam diues sine dubio magna seruorum copia erat stipatus. Cur ergo solus cogitabat intra-

se, vt subdit D. Chryfolog. serm. 104. quasi possit extra se quis piam cogitare, dum nempe suam cogitationem cum aliis communicat, & consulit.

Respondet primò ad quæstionem D. Basilius homil. 6. Ex te ipso, ait, captas consilium? Plane imprudenti veris consilio? Parata tibi responsio fuerat: imitabor Ioseph, vocem emittam magnificam: quicumque panibus egeris, venite ad me, singuli futuri participes gratia a Deo mihi collata. Impia hominis consultatio, cum non à Deo, sed à se ipso, in tanta rerum vbertate consilium quærit, si enim homo Deum consuleret in prouentibus suis imitatur Ioseph, qui fratribus suis dicebat. Præmisit me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. Genes. 45. num. 7. Sicque vt Ioseph concessa gratia alios participes faceret, vocem emittam magnificam: quicumque panibus egeris, venite ad me, sed quia se ipsum consuluit, inde tenaci auaritia, cuncta sibi retinet, nullum confortem admittit.

Secundò. Eadem Basilius verba. Ex te ipso captas consilium? Plane imprudenti veris consilio. Ex eo quod homo nullum aduocat magistrum, sed solum semetipsum consulit, obcæcata mente male agit, à veritate deuiat, in præcipitium ruet; ait Salomon Prouerb. 3. num. 7. Ne sis sapiens apud te metipsum. Explicat Beda. Ne inuitaris prudentia tua, seu menti tuæ, & remedium morbo applicans addit. Sed Deum time. Sapientiæ hominis arrogantiã, ac præsumptionem, nil ita coërcet, ac deprimit, vt Dei timor, Dei enim scitum est, quod fidens suo cerebro, facile erratis pateat.

Tertio. D. Petrus Chryfolog. serm. 104. Cogitabat intra se dicens, quid faciam? &c. Interrogantia, ait, vox est; quem putas interrogat iste? Erat in illo alter, quia ad eius penetralia, iam diabolus possessor insederat; & qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcana. Dum diues dicebat, quid faciam? alium interrogabat, sed quisnam erat eius consultor? diabolus sanè, qui in cor eius intrauerat, sicut & in cor Iudæ penetrant. Auaritia enim ianitor est diabolo aperiens ostium, & vbi auaritia regnat, ibi & diabolus suam figit quietam possessionem, qui enim tantum prouentibus angendis, ac fructibus congregandis studebat, à diaboli consortio non erat alienus, sed totus ab ipso dirigebatur. Cum progenie Iudæ loquens Dauid, ait. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Psalm. 108. num. 9. Quomodo Dauid charitate plenus, qui hostibus suis benigne indulgebat, tot maledictiones in Iudæ filios congerit, quid deliquerant filij, vt ita pro patris crimine punirentur? Non rogat hoc illis Dauid; fiant filij eius orphani, vt malum sustineant, sed vt magno bono fruantur, dum à parente, ac ductore auaro separantur. D. Basilius in cap. Isai. Voris, ait, apprecatur filius Iudæ sterilitatem orbis, dum dicit: fiant filij eius orphani, vt ne habeant malignum scelerata vitæ dolorem, nempe morbum inpotentis auaritia.

Quartò. Idem D. Chryfolog. cit. loc. Digno, ait consiliario se vsus, qui mali animi non poterat habere solarium, nen poterat habere collegam. Valde mirum, quod homo tam diues, ac potens, ita sit amicum vacuum, vt nullum habeat collegam, omnes maxime diuitum gratiam spe lucti conciliare sibi curant, vt potissimum verum est; sed cum hic homo esset multum diues, multumque auarus, ex vtrâque manu, vt pote fertis, ac horrificis, lapides spargebat, impietate enim, ac auaritia

Imprudens suo vitium consilio. Prouerb. 30. Beda.

16. Chryfolog.

Auarus domesticum diaboli.

17. Chryfolog.

Magnum bonum ab auaro separari. Basil.